

Interventu regendam perpetuo ereximus, ipsamque Congregationem, & ejus Commissarium generalem, ac Fratres, illorumque Monasteria, Domos, & bona, ab omni jurisdictione ordinariorum locorum quorumcumque, nec non ab omni obedientia Praepositorum generalium tam Congregationis Hispaniae, quam Italiae, praeterquam in nonnullis tunc expressis, etiam perpetuo exemimus, & liberavimus, ac sub nostra, & Sedis Apostolicae protectione subjecimus, aliaque fecimus, prout in dictis literis plenius continetur.

§.2. Quoniam autem, sicut Nobis innotuit, nova Congregationis hujusmodi erectio, & alia praemissa iustis de causis, ut effectum fortiantur non expedire in Domino dignoscitur; Idcirco Nos dictarum literarum tenorem praesentibus pro plene, & sufficienter expresso habentes, motu proprio, & ex certa scientia nostra, ac de apostolica potestate plenitudine; Erectionem Congregationis S. Pauli, & literas praedictas, ac in eis contenta, & siquae sint inde sequuta quaecumque, tenore praesentium perpetuo cassamus, irritamus, & annullamus, viribusque, & effectu vacuumus.

§.3. Cupientes autem dicti Ordinis Fratres in pio eorum propaganda religionis zelo confovere, nihilque quod convertendis ad fidem infidelibus, & reducendis haereticis opportunum in Domino judicamus praetermittere, in adibus per dictos Fratres in Monte Quirinali prope Ecclesiam Monasterii Monialium Sanctae Susanna de Urbe noviter extructis, unum Seminarium dicti Ordinis Congregationis Italiae, sub invocatione Sancti Pauli, in quo praedicti Ordinis Fratres, qui ad messum Dominicam apriorum videbuntur, diversarum linguarum, & controversiarum scientiam ad ever-tendos errores Haereticorum, Schismaticorum, Saracenorum, Gentilium, & Judaeorum, aliorumque infidelium, necessariam addicere, & majoribus vigilis, abstinentiis, aliisque virtutum exercitiis assuescere possint, indeque edocti, pro arbitrio Superiorum ad infidelium partes pro conversione animarum proficisci debeant, motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus etiam perpetuo erigimus.

§.4. Necnon Seminario hujusmodi, illiusque Rectori, & Fratribus, quod omnibus privilegiis, immunitatibus, exemptionibus, libertatibus, facultatibus, concessionibus, gratiis tam spiritualibus, quam temporalibus, & indultis, quibus alii Fratres tam Mendicantes, quam non Mendicantes utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, potiri, & gaudere possunt, & poterunt quomodolibet in futurum, similiter uti, potiri, & gaudere possint, & debeant, concedimus, & indulgemus.

§.5. Decernentes, praesentes literas, & in eis contenta quaecumque perpetuo valida, & efficacia fore, ac suos plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere; siquae in praemissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum

Eam modo revocat.

Seminariumque in Urbe pro edoctis Fratribus Congregationis ad eundem effectum erigit.

Gratias aliorum quorumcumque Ordinum elargitur.

Clausulas praeservativas, & decretum irritans apponit.

Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, quicquid secus super his a quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.6. Non obstantibus praemissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon praedicti, & quorumcumque aliorum Ordinum statutis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis, eisdem Ordinibus, illorumque Superioribus, & personis, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, ac irritantibus, & aliis decretis, in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & approbatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, expressa, ac individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum infererentur, praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat, specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§.7. Volumus autem, ut praesentium transumptis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, aut sigillo alicujus personae in dignitate ecclesiastica constituta munitis eadem prorsus fides in judicio, & extra adhibeatur, quae praesentibus adhiberetur, si forent exhibite, vel ostensa.

Datum Romae apud S. Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 7. Martii 1613. Pontificatus nostri Anno Octavo.

CCXII.

Statuitur omnes Collegii Doctorum, & Ambrosianae Bibliothecae Conservatores ex Ecclesiasticorum coetu esse eligendos.

PAULUS PAPA QUINTUS

Ad perpetuam vel memoriam.

§.1. Aliis pro parte dilecti filii nostri Federici tituli Sanctae Mariae Angelorum Presbyteri Cardinalis Borromaei nuncupati Ecclesiae Mediolanensis ex concessionem, & dispensationem Apostolicam Praefulis Nobis exposito, quod antea ipse pio, & laudabili tam Ordinem Ecclesiasticum, quam rem literariam in Civitate, & Dioecesi Mediolanensis juvandi, promovendique zelo, & affectu ductus in dicta Civitate, & loco ad id commodo, & opportuno unum Collegium Ecclesiasticum duodecim Doctorum, quorum quatuor Sacra Theologiae, reliqui vero aliis facultatibus, & scientiis operam dare deberent, ac quatuor propterea

Contrariis derogat.

Transumptis credi jubet.

Dat. die 7. Martii 1613. An.VIII.

Ex Regest. in Secret. Brevis.

Receperunt Card. Federico Borromeo creatum Doctorum Collegium Mediolani.

rea laicorum liberalibus disciplinis exaltorum, nec non ibidem ad ipsius Collegii usum, & commoditatem unam Bibliothecam Ambrosianam nuncupatam ingenti fabricarum, & prophanorum, ac antiquorum, & recentiorum librorum magno dicti Federici Cardinalis sumptu undique conquisitorum numero instructam certis modo, & forma tunc expressis perpetuo exererat, & instituerat, ac ad defensionem, & conservationem tam Collegii, & Bibliothecae praedictorum, quam honorum ad ea spectantium octo Conservatores, duos videlicet ex Capitulo Canonicorum ordinariorum Ecclesiae praedictae, & duos alios ex reliquo Clero Urbano, ac Praepositum pro tempore existentem Congregationis Oblatorum aliam Sancti Sepulchri Mediolanensis, nec non unum ex sexaginta Decurionibus Concilii Generalis dicte Civitatis, ac unum ex jurisperitorum, reliquum vero ex Physicorum Collegii etiam Mediolanensis assumendos, ac certis modo, & forma tunc quoque expressis eligendos, qui curam Collegii, & Bibliothecae, ac honorum ad ea, & sex Cappellaniae non collativas ad Altare Beatae Mariae de Arbore nuncupat. situat. in dicta Ecclesia per eundem Federicum Cardinalem pro totidem Cappellaniae ex numero Doctorum dicti Collegii defensionibus fundatas, & dotatas spectantium gererent, & alia tunc expressa facerent, & curare deberent, constituerent, & deputaverent.

§.2. Nos d. Federici Cardinalis supplicationibus Nobis humiliter porrectis inclinatis primum erectionem, & institutionem Collegii, & Bibliothecae, ac desuper confectas scripturas, in eisque contenta quaecumque auctoritate apostolica perpetuo approbavimus, & confirmavimus, omnesque, & singulos tam juris, quam facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenissent supplementimus, & subinde numerum dictorum quatuor laicorum in praedicto Collegio, ut praefertur, adscriptorum, ad duos laicos tantum perpetuo reduximus, numerum vero dictorum octo Conservatorum in duobus aliis, quorum alter ex Capitulo, alter vero ex Cleri Urbani praedicti gremio eligi, & assumi deberent auximus, & ampliavimus; curam autem gubernationis, regimen, & administrationem tam dicti Collegii, quam illius Cappellaniae praedictarum honorum, fructuum, reddituum, jurium, obventionum, & pertinentiarum quorumcumque tam praesentium, quam futurorum solis ex dictis Conservatoribus, qui Ecclesiastici Ordinis essent private quoad ceteros Conservatores laici Ordinis, ita quod deinceps in perpetuum cura, & administratio dicte Bibliothecae omnibus Conservatoribus praedictis tam Ecclesiasticis, quam laicis communitur, & consueta; Regimen vero, gubernium, & administratio Collegii praedicti, illiusque, ac Cappellaniae hujusmodi honorum, fructuum, reddituum, proventuum, jurium, & pertinentiarum praedictarum solis ex Conservatoribus praedictis, qui Ecclesiastici

Confirmavimusque Apostolicam auctoritatem, & legibus a dicto Cardinali sanatis.

Bull. Rom. Tom. IV. Par. IV.

ci Ordinis essent, ut praefertur, competere debeat itidem perpetuo commissimus, & mandavimus, & alias prout in diversis nostris desuper confectis literis plenius continetur.

§.3. Cum autem, sicut dictus Federicus Cardinalis Nobis denuo nuper exposuisset, ipsum usum, & experientia edoctus felici Collegii, & Bibliothecae praedictorum administratione, doctorumque in ipso Collegio pro tempore existentium quieti, & tranquillitati expedire judicaverit, ut omnes Conservatores praedicti Ecclesiastici existant; Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut super praemissis opportune providere, ut infra de benignitate apostolica dignaremur.

§.4. Nos igitur dictum Federicum Cardinalem specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, ac dictarum literarum tenores praesentibus pro expressis habentes, hujusmodi supplicationibus inclinatis, ne de cetero perpetuis futuris temporibus laici in dicti Collegii Conservatores admitti possint, aut debeant similiter perpetuo statuimus, eisdemque laicos Conservatores ab ipso Collegio, ipsiusque defensione, & conservatione ex nunc in perpetuum penitus removemus, ac remotos esse, irritumque, & inane, si secus super his, quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contingerit attentari, decernimus.

§.5. Non obstantibus literis nostris praedictis, nec non dicti Collegii etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Marcum sub Annulo Piscatoris die 14. Martii 1613. Pontificatus nostri Anno VIII.

CCXIII.

Contra Monachos S. Bernardi Congregationis Cisterciensium Italiae, dignitates, & officia ipsius Congregationis, conquistis extra eam favoribus, ambientes, eorumque complices, & fautores, necnon contra Superiores, eisdem in electionibus favores attendentes.

Congregationem istam firmavit Alexand. VI. in sua Constit. X. Plantatus. Tom. III. Par. III. fol. 240.

PAULUS PAPA QUINTUS

Ad perpetuam rei memoriam.

§.1. Aliis per Nos, accepto quod quidam in Ordine S. Bernardi Congregationis Cisterciensium Italiae, professionis, & regulae, quam professi sunt penitus immemores, omniaque dignitatum, & officiorum Ecclesiasticorum in d. Congregatione consequentium ambitione ducti, pro iis consequendis Ecclesiasticorum, & saecularium Principum

Idea Cardinalis per de. cerni omnes Collegii Doctorum, & Bibliothecae Conservatores Ecclesiasticos etc.

Hoc autem decernit Paulus.

Derogat obstantibus.

Dat. die 14. Martii 1613. An.VIII.

Ut Ambitus Monachorum Congregationis S. Bernardi Cisterciensium in Italia reprimatur.



1613. studia requirebant, commendatitias literas, aliosque favores, & gratias, propterea expectabant, quibus adjuti, quos ipsi ex se promeruisse minime confidebant, gradus, & dignitates in eadem Congregatione consequi valerent, sicque ejusdem Congregationis quietem non sine animarum suarum periculo perturbabant.

§. 1. Nos malum hoc ab eodem Ordine, & Congregatione, pro nostra Pastoralis sollicitudine expellere summopere cupientes, motu proprio, & ex certa scientia nostra, ac de Apostolica potestate plenitudine, eos omnes, & singulos Monachos d. Ordinis, & Congregationis, cujuscumque status, gradus, ordinis, conditionis, praeminentiae, qualitatis, & dignitatis existentes, qui ex tunc de cetero ad praelaturas, gradus, honores, dignitates, administrationes, functiones, & alia officia dicti Ordinis, & Congregationis assequenda intenti, ad Principum, & Praelatorum, ac aliarum quarumcumque personarum tam saecularium, quam Ecclesiasticarum, de gremio dictae Congregationis non existentium, etiam Cardinalatus honore, & quacumque saeculari dignitate, & excellentia, etiam imperiali, regali, & ducali fungentium, favores recurrissent, vel etiam pactis, pollicitationibus, aliisque viis directe, vel indirecte, palam, vel occulte, ad praelaturas, gradus, honores, dignitates, administrationes, functiones, & alia officia praedicta obtinenda aspirassent, vel aliis minus legitimis, & honestis rationibus ea obtinere quaesissent, aut etiam sponte oblatis, & minime conquestis nisi fuissent, illorumque complices, & fautores, ad quascumque praelaturas, dignitates, & officia, gradus, honores, administrationes, & munera in ipsa Congregatione obtinenda perpetuo inhabiles declaravimus, & obtentis per eos praelaturis, gradibus, honoribus, dignitatibus, administrationibus, functionibus, & officiis hujusmodi eo ipso privavimus, ac privatos voce tam activa, quam passiva carere decrevimus, & declaravimus.

§. 2. Atque in virtute Sanctae Obedientiae, ac sub censuris latae sententiae poena omnibus d. Ordinis, & Congregationis, Superioribus, & Praelatis, quocumque titulo nuncupatis, etiam Praesidentibus, & Patribus definitivis, tunc praesentibus, & futuris praecipimus, districteque mandavimus, ne quempiam ullo tempore precibus, literis, nec favoribus adducti, vel alias ad instantiam, seu requisitionem, vel contemplationem Principum, vel Praelatorum, aut aliorum quorumcumque tam saecularium, quam Ecclesiasticorum, extra dictum gremium existentium, etiam Cardinalium, Imperatoris, Regum, Ducum, & cujusvis generis Praelaturarum, gradus, honores, dignitates, administrationes, functiones, & officia praedicta Congregationis promoveri, vel poenas aliquas remittere, auderent, vel praesumerent, & alias prout in nostris desuper in simili forma Brevis sub die 27. Julii 1605, expeditis literis, quarum tenore

Pontifex favores extra Religionem pro habendis gradibus in ea exquirentibus poenas imponit, ut in alia eius Constitutio quam uti hic plene telatum praetentum.

Superioribus favores hujusmodi attendentibus poenam inobedientiae, & excommunicationis latae sententiae inflavit, ut ibi dicitur.

rem praesentibus pro expressis haberi volumus, plenius continetur.

§. 3. Nos qui pro muneris nostri debito in hoc potissimum laborare non desistimus, ut ecclesiastica, regularisque disciplina pristino candori restituatur, ac hujusmodi ambitionis malum, ne ulterius serpat, per amplius providere volentes, Motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus omnibus, & singulis Monachis dicti Ordinis, & Congregationis cujuscumque status, gradus, conditionis, praeminentiae, qualitatis, & dignitatis existentibus, ne de cetero ad Praelaturas, gradus, honores, dignitates, administrationes, functiones, & alia officia dicti Ordinis, & Congregationis assequenda, ad Principum, & Praelatorum, ac aliarum quarumcumque personarum tam saecularium, quam ecclesiasticarum de gremio dictae Congregationis non existentium etiam Cardinalatus honore, & quacumque saeculari dignitate fungentium, favores recurrant, vel etiam pactis, pollicitationibus, aliisque viis, directe, vel indirecte, palam, vel occulte, ad Praelaturas, gradus, honores, dignitates, administrationes, functiones, & alia officia praedicta obtinenda aspirent, vel aliis minus legitimis, & honestis rationibus ea obtinere quaerant, aut etiam sponte oblatis favoribus, & minime conquestis utantur in virtute sanctae obedientiae, ac sub excommunicationis latae sententiae poena, per contrascentes ipso facto incurrenda, districte praecipimus, mandamus, ac prohibemus.

§. 4. Non obstantibus praemissis, nec non omnibus illis, quae in dictis literis volumus non obstat, ceterisque contrariis quibuscumque: Aut si praedictis Monachis, vel quibusvis aliis communiter, aut divisim ab Apostolica sit Sede indultum, quod interdici &c. mentionem.

§. 5. Ut autem harum literarum notitia ad omnes dicti Ordinis, & Congregationis Monachos facilius deveniat: Volumus, illas in Monasteriis dictae Congregationis publice legi, illasque in Monasteriis hujusmodi lectas sic arctare, ac si legitime unicuique intimatae essent.

§. 6. Illarumque exemplis etiam impressis, manu Notarii publici subscriptis, & sigillo Praesidentis ipsius Congregationis, vel alterius personae in dignitate ecclesiastica constitutae obsignatis, eandem prorsus fidem haberi, quae praesentibus haberetur, si eadem exhiberentur.

Datum Romae apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die 30. Martii 1613, Pontificatus nostri Anno VIII.

Ambientibus praedictis eadem excommunicationis poenam addit.

Contrariis derogat.

Hanc legem in Monasteriis publice legi mandat.

Transumptiveque credi jubet.

Dat. die 30. Martii 1613. An. VIII.

Ex Regest. in Secret. Brevis.

Collegium Hibernorum Ulisypponen. erectum eximitur a Jurisdictione Ordinarii, & Sedi Apostolicae subicitur.

PAULUS PAPA QUINTUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

Paritatis officii cura, meritis licet impartibus, Nobis ex alto commissa postulat, ut ea, quae priorum locorum quorumlibet, praesentium Collegiorum, & Seminariorum ad juvenutis religiosam educationem, ac in Ecclesiasticis, aliisque salutariis disciplinis instructionem pie institutorum tranquillo statui, felicique progressui conducunt libenter concedamus, prout in Domino confpicimus salubriter expedire.

Declaratio, de qua in Rubrica.

§. 1. Itaque dilectos filios Rectorem, Scholares, Ministros, & alias personas Collegii, seu Seminarii Nationis Hibernorum Civitatis Ulixbonen. canonice erecti, ut apostolico praesidio suffulti a quibusvis perturbacionibus, & gravaminibus releventur, & in sua vacatione utilius persistant, specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis, Collegium, seu Seminarium praedictum, illiusque Rectorem, ac Scholares, Ministros, & alias personas, nec non eisdem res, & bona quaecumque nunc, & pro tempore existen. ab omni, & quacumque jurisdictione, correctione, visitatione, superioritate, & potestate moderni, & pro tempore existentis Archiepiscopi Ulixbonen., illiusque Officialium, & Ministrorum quorumcumque, apostolica auctoritate, tenore praesentium tam in universum, quam singillatim perpetuo eximimus, & liberamus, illosque, & illa sub Beati Petri, ac nostrae, & Sedis Apostolicae protectione suscipimus, Nobisque, & pro tempore existenti Romano Pontifici etiam perpetuo subijcimus, itaut modernus, & pro tempore existens Archiepiscopus praedictus, eiusque Officiales, & Ministri ullam quovis praetextu, & ex quacumque causa in dictum Collegium, seu Seminarium, eiusque Rectorem, Ministrum, Scholares, aliasque personas, bona, & res hujusmodi, jurisdictionem, correctionem, potestatem, & superioritatem habere, & exercere minime possint.

Clausula.

§. 2. Decernentes praesentes literas semper, & perpetuo validas, firmas, & efficaces existere, & fore, nec non Collegio, seu Seminario, & aliis praedictis in omnibus, & per omnia plenissime suffragari; Sicque per quoscumque Judices ordinarios, &

Bull. Rom. Tom. V. Par. IV.

delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici auditores, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & definituri debere, ac irritum, & inane, quidquid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 3. Quocirca Judicibus, ac pro tempore existenti Protectori dicti Collegii, seu Seminarii similiter pro tempore nominandis per praesentes committimus, & mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum per se, vel alium, seu alios praesentes literas, & in eis contenta quaecumque, ubi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte Rectoris, & Collegialium, ac aliorum praedictorum, seu alicujus eorum fuerint requisiti, solemniter publicantes, illisque in praemissis efficacis defensionis praesidio assistentes, faciant auctoritate nostra Rectorem, & Collegiales, aliosque praedictos earundem praesentium, ac in eis contentorum quorumcumque usu, & commodo, ac effectu pacifice frui, & gaudere. Non permittentes, illos desuper a quoquam quavis auctoritate quomodolibet indebitum molestari: Contradictores quoslibet, & rebelles, per censuras, & poenas ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione postposita compescendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii saecularis.

§. 4. Non obstantibus fel. rec. Bonifacii Papae VIII. Praedecessoris nostri de una, & Concilii generalis de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas aliquis ad iudicium non trahatur, ac Apostolicis, nec non in Provincialibus, Universalibusque, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, nec non quibusvis statutis, & consuetudinibus etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & approbatis. Quibus omnibus, & singulis, eorum omnium tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Marcum sub Annulo Piscatoris die 22. Aprilis 1613, Pontificatus nostri Anno VIII.

Executores deputatio.

Derogatio contrariorum.

Dat. die 22. Aprilis 1613. An. VIII.



CCXV.

Ex Regest. in  
Secret. Brev.

Facultas Nuncio Poloniae concedendi Clero dicti Regni facultatem subsidium Regi praestandi pro eisdem Regni necessitatibus.

Ven. Fratri Lelio Episcopo Baluoregien. apud charissimum in Christo filium nostrum Sigismundum Poloniae, & Suetiae Regem Illustrum nostro, & Apostolicae Sedis Nuncio.

PAULUS PAPA QUINTUS

Ven. Frater, salutem, & Apostolicam benedictionem.

Operantibus Regni Ecclesiasticis ali- quod Regi praestare subsidium;

§.1. CUM, sicut accepimus, ad subveniendum gravibus Regni Poloniae praesentibus necessitatibus, eisdem Clerus subsidium nomine aliquam pecuniam summam charissimo in Christo filio nostro Sigismundo Poloniae, & Suetiae Regi Illustri nostro, & Sedis Apostolicae ad id accedente licentia, & consensu sponte conferre desiderant;

Pontifex facultatem concedit, de qua in Rubrica.

§.2. Nos praedicti Sigismundi Regis, & dicti Poloniae Regni huiusmodi necessitatibus consulere volentes, Tibi, ut dicto Sigismundo Regi pro dictis necessitatibus Regni subsidium, sponte tamen, Archiepiscopi, Episcopi, Abbates, & alia ecclesiastica persona pro una vice, & summa, quae eis videbitur tantum tribuere, praedicto autem Sigismundo Regi, eiusque Ministris, quod subsidium huiusmodi petere, & recipere absque conscientiae scrupulo, ac censurarum, & poenarum ecclesiasticarum incursum libere, & licite possint, apostolica auctoritate indulgendi, ac licentiam concedendi, ipsosque Archiepiscopos, Episcopos, Abbates, & alias personas ecclesiasticas, & earum singulas, quatenus ipsi dictam pecuniam summam absque Apostolicae Sedis licentia promiserint, aut solverint, nec non eundem Sigismundum Regem, & suos Ministros praedictos, si illam similiter absque licentia praedicta jam receperint, ab omnibus, & singulis censuris, & poenis propterea quomodolibet incursum, eadem auctoritate absolven. facultatem, & auctoritatem, tenore praesentium concedimus, & impertimur. Tibique, ut ad exactiorem praedicti subsidii per personas ecclesiasticas rantum, & non alias procedere debeas, eadem auctoritate committimus, & mandamus.

Derogat contrariis.

§.3. Non obstantibus Concilii Lateranensis, & quibusvis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non Ecclesiarum, Monasteriorum, & Beneficiorum huiusmodi, etiam iuramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis, ac exemptionibus, immunitatibus, etiam in corpore juris clausis quibusvis generaliter, vel specialiter concessis, etiam si

de illis, eorumque totis tenoribus de verbo ad verbum mentio, seu quaevis alia expressio habenda sit, & in eis caveatur expresse, quod per huiusmodi clausulas generales etiam mentionem specialem importat, eis derogatum esse non censeatur, aut derogari videatur, nisi certis modo, & forma in illis expressis plene observatis. Quibus omnibus, eorum tenores praesentibus pro plene expressis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Pauperes autem ab huiusmodi praestando subsidio exempti.

§.4. Volumus autem, ut pauperes Clerici, qui in redditibus non habent, nisi vicium necessarium, ad contribuendum minime compellantur. Praeterea volumus, praesentium transumptis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personae in dignitate ecclesiastica constitutae munitis eandem prorsus fidem in iudicio, & extra in omnibus, & per omnia adhiberi, quae ipsis praesentibus adhiberetur, si forent exhibita, vel ostenta.

Datum Romae apud Sanctum Marcum sub Annulo Piscatoris, die 4. Maii 1613., Pontificatus nostri Anno VIII.

Dat. die 4. Maii 1613. An. VIII.

CCXVI.

Committitur Nuncio Apostolico inferioris Germaniae ut nonnulla decreta quoad Tonsuram, & Habitum Clericalem per ipsum edita pro Dioecesi Leodiensi curet observari.

Ex Regest. in Secret. Brev.

Ven. Fratri Antonio Episcopo Vigiliensi in partibus inferioris Germaniae nostro, & Apostolicae Sedis Nuncio.

PAULUS PAPA QUINTUS

Ven. Frater, salutem, & Apostolicam benedictionem.

§.1. CUM, sicut accepimus, tu pro commisso tibi a Nobis munere, visitationi Ecclesiae Leodien. invigilans, & dispositioni Concilii Tridentini inharens, nonnulla decreta praesertim circa habitum, & tonsuram Clericales per Canonicos, Presbyteros, & alios ecclesiasticae Militiae adscriptos, deferendos edideris, & Clero praedicto observanda proposueris, seu proponere intendas; Nonnulli vero ex iis suorum status, & salutis immemores, dicta decreta admittere, & observare recusent, seu recusaturus dubites in praedictum salutis suarum animarum.

Nuncios Apostolicos nonnulla edita decreta super Tonfura, & Habitum Clericali in Dioecesi Leodiensi.

§.2. Nos attendentes, quod parum est recta statuere, & ordinare, nisi illa executioni demandentur, tibi per praesentes committimus, & mandamus, ut decreta, quae circa praemissa edidisti, seu edideris, Ven. Fratri Ferdinando Episcopo Leodien. exhibeas, ad hoc, ut ille pro sua in Deum pietate, & religionis zelo, auctoritate sibi a dicto Concilio attributa, omnino observari

Paulus eidem committit, ut illa curet observari.

Derogat contrariis.

ri faciat: Ac contraditores, & rebelles quoscumque, opportunis juris, & facti remediis, appellatione postposita compescat: invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis.

§.3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non Ecclesiarum, Civitatis, & Dioecesis Leodien. etiam iuramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis eisdem Ecclesiis, illarumque Capitulis, Canonicis, & quibusvis aliis Superioribus, & personis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis clausulis, & decretis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & approbatis. Quibus omnibus, & singulis eorum omnium tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Dat. die 6. Julii 1613. An. IX.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die sexta Julii 1613. Pontificatus nostri Anno IX.

CCXVII.

Ex Regest. in Secret. Brev.

Eadem Commissio quoad Decreta super Monialium clausura.

Ven. fratri Antonio Episcopo Vigiliensi in partibus inferioris Germaniae nostro, & Apostolicae Sedis Nuncio.

PAULUS PAPA QUINTUS

Ven. frater salutem, & Apostolicam benedictionem.

Decreta Nuncio Apostolico edita super Monialium clausura recententur.

§.1. CUM, sicut accepimus, tu pro commisso tibi a Nobis munere, visitationi Ecclesiae Leodien. invigilans, & dispositioni Concilii Tridentini inharens, nonnulla Decreta praesertim circa Monialium clausuram edideris, seu edere intendas, & Monialium ipsis observanda proposueris, seu proponere decreveris, nonnulla vero ex iis suarum status, & salutis immemores, dicta Decreta admittere, & observare recusent, seu recusaturus dubites in praedictum salutis suarum animarum.

Ei committitur, ut illa curet observari.

§.2. Nos attendentes, quod parum est recta statuere, & ordinare, nisi illa executioni demandentur, Tibi per praesentes committimus, & mandamus, ut Decreta, quae circa praemissa edidisti, seu edideris, Ven. fratri Ferdinando Episcopo Leodien. exhibeas, ad hoc, ut ille pro sua in Deum pietate, & religionis zelo auctoritate sibi a dicto Concilio attributa, omnino observari faciat, ac contraditores, & Rebelles quoscumque opportunis juris, & facti remediis appellatione postposita compescat, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis.

Derogatio contrariorum.

§.3. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, nec non Monasteriorum dictarum Monialium, & Ordinum, quorum fuerint, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis eisdem Monasteriis, illorumque Abbatibus, Prioribus, Monialibus, & aliis quibuscumque personis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis clausulis, & decretis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & approbatis. Quibus omnibus, & singulis, eorum omnium tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris die sexta Julii 1613. Pont. Nostri Anno Nono.

Dat. die anno. que eisdem.

CCXVIII.

Sequitur similis Commissio quoad Decreta edita pro observatione Sac. Concilii Tridentini in eadem Leodiensi Dioecesi.

Ven. fratri Antonio Episcopo Vigiliensi in partibus inferioris Germaniae Nostro, & Apostolicae Sedis Nuncio.

PAULUS PAPA QUINTUS

Ven. frater salutem, & Apostolicam benedictionem.

§.1. CUM, sicut accepimus, tu pro commisso tibi a Nobis munere, reformationi dilectorum filiorum Cleri Civitatis, & Dioecesis, Leodien. invigilans, & dispositioni Concilii Tridentini inharens, nonnulla Decreta pro observatione eisdem Concilii haecenus edideris, & alia edere intendas, & Clero praedictis observanda proposueris, & propones; Nonnulli vero Canonici, & forsan Capitula, & alia persona Ecclesiastica Ecclesiarum Civitatis, & Dioecesis praedictarum suorum status, & salutis immemores Decreta praedicta, seu eorum aliqua admittere, & observare recusent, seu forsan recusaturi sint, in praedictum salutis suarum animarum.

Facti series.

§.2. Nos attendentes, quod parum est recta statuere, & ordinare, nisi illa executioni demandentur, Tibi per praesentes committimus, & mandamus, ut Decreta praedicta per Te tam haecenus, ut supra edita, quam edenda, Ven. fratri Ferdinando Episcopo Leodien. exhibeas, ad hoc, ut ille pro sua in Deum pietate, & religionis zelo auctoritate sibi a dicto Concilio attributa, eadem Decreta omnino observari faciat, ac Contraditores, & Rebelles quoscumque opportunis juris, & facti remediis appellatione postposita compescat, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis.

Commissio, de qua in Rub.



Derogatio  
contractionum.

tione postposita compescat, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis.

§. 3. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, nec non dictarum Ecclesiarum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & litteris Apostolicis eisdem Ecclesiis, illorumque Capitulis, Canonicis, & quibusvis aliis superioribus, & personis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis clausulis, & Decretis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & approbatis. Quibus omnibus, & singulis, eorum omnium tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis aliis in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris die 20. Julii 1613. Pont. Nostri Anno Nono.

Dat. die 20.  
Julii 1613.  
An. IX.

CCXIX.

Ex Regest. in  
Secret. brev.

Confirmatio Erektionis Congregationis Presbyterorum secularium in Ecclesia S. Laurentii in Damaso de Urbe à Cardinale Montalto instituta.

PAULUS PAPA QUINTUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium.

Pro nostri pastoralis muneris debito auctoritatis nostræ robore libenter communimus, quæ pro Domus Dei zelo, divinique cultus augmento, & animarum salute non sine maturitate consilii novimus instituta, prout conspiciamus in Domino salubriter expedire.

Card. Montaltus Congregationem Presbyterorum in Ecclesia S. Laurentii in Damaso erigit.

§. 1. Exposuit siquidem Nobis nuper dilectus filius Noster Alexander Sancti Laurentii in Damaso Diaconus Cardinalis Montaltus nuncupatus Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Vicecancellarius, quod ipse alias attente considerans Collegiatam Insignem, & Parochialem Ecclesiam Sancti Laurentii in Damaso, quæ denominatio sui Cardinalatus existit, curam Animarum, & Parochiam satis ampliam habere, & populum in ea ita numerosum esse, ut solus Vicarius perpetuus ad curam hujusmodi destinatus non possit sufficere Ecclesiasticis Sacramentis ministrandis, & aliis, quæ ad divinum cultum, & animarum salutem procurandas spectant, propterea, ut muneris sui debito satisfaceret, juxta dispositionem Sacri Concilii Tridentini proximè præteritis annis nonnullos pios Sacerdotes ad nutum amovibiles deputavit, qui insimul, & propè Ecclesiam prædictam Sancti Laurentii in Domo ab ipso Alexandro Cardinale conducta habitantes, ac pro eorum substen-

tatione convenienti portione, & propriis redditibus ab eodem Alexandro Cardinali constituta in eadem Ecclesia Sancti Laurentii deservire, confessiones Christianorum audire, Ecclesiastica Sacramenta administrare, & pueros Doctrinam Christianam docere deberent: & postea animadvertens idè Alexander Cardinalis hoc opus ad magnum Dei servitium tendere, & in dicta Ecclesia Sancti Laurentii Sacerdotum ipsorum opera, ac industria frequentiam Sacramentorum, & alia pia, & sancta exercitia in dies accrescere in eadem Ecclesia Sancti Laurentii ordinario jure sibi subiecta unam Congregationem Presbyterorum secularium ad nutum amovibili pro servitio ejusdem Ecclesiæ Sancti Laurentii ad Confessiones Christianorum audiendas, Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum administrandum, necnon dictum exercitium Doctrinæ Christianæ manutenendum, moribus assistendum, aliaque pia opera exercendum juxta formam Capitulum, & Regularum ad hunc effectum ab ipso Alexandro Cardinali præscriptam, seu præscribendam erexit, & instituit, illique sic erectæ, & institutæ pro dictorum Sacerdotum sustentatione vigore facultatum per Literas felic. record. Clementis Papæ VIII. prædecessoris Nostri sub die 15. Septembris Anni 1593., ac Nostras in simili forma Brevis expeditas sub die 2. Julii anni 1607. sibi desuper concessarum nonnullos redditus, Canones, & responsiones annuas Ecclesiis Parochialibus ejusdem Ecclesiæ Sancti Laurentii filiabus apostolica auctoritate suppressis provenientes, videlicet unam Domum cum Apotheca in via Lentariorum vicinam bonis dilectorum filiorum Hieronymi Mignanelli ab una, & Pauli Dizzoni ab altera partibus, ac ante viam publicam, in qua tunc habitabat dilectus etiam filius Georgius Albertus Lentarius uti Emphyteuta ejusdem Domus sibi ad tertiam ejus generationem mediante beneplacito Apostolico concessæ sub annuo canone sexaginta quinque scutorum moneta, necnon unum Canonem annuum sex scutorum similitum super quadam Domo sita in Regione Arenulæ in via Gipponariorum nuncupata, ac vicina Ecclesiæ Sancti Martinelli nuncupate, possessa à dilecto in Christo filio Gentileca Palma de Capranica, & dilecto filio Bernardino Normeta Pellario ad præsens locata, ac alterum annuum Canonem duodecim scutorum parium impositum super alia Domo in eadem Regione, quem dilectus etiam filius Jacobus Cohectus uti legitimus possessor dictæ Domus solvit, quæ Domus, & Canones olim fuerunt Ecclesiæ sancti Martinelli prædictæ dudum suppressæ. Insuper undecim scuta pro canone unius Domus in dicta Regione sita, quam ad præsens possident uti Emphyteuta dilecti filii hæredes quondam Baptistæ Capponi ad tertiam generationem, & alia viginti unum scuta annua ex-

Illique reddi-  
tus nonnullos  
addicit.

fructu-

fructibus trium locorum Montis Sanitatis, ac alium annuum Canonem scutorum duorum, & bon. viginti quinque imposit. super Domo propè Ecclesiam, & sub Campanili Ecclesiæ Sancti Pauli de Arenula possessa à dilecto etiam filio Thoma Theotio, ac alium canonem annuum scutorum trium, bon. 37. impositum super alia Domo propè dictam Ecclesiam Sancti Pauli de Arenula, ac olim sub proprietate illius existent; modo possessa à dilecto similiter filio Fabritio de Specule, necnon Responsum duorum berilium multi singulis annis debitam à dilectis etiam filiis hæredibus quondam Gasparis Maroffi pro Canone vineæ ab eis possessæ, & positæ extra Portam Sancti Laurentii extra Mænia Urbis, quæ loca montium, Canones, & Responsiones olim erant redditus dictæ Ecclesiæ Sancti Pauli de Arenula jam suppressæ; necnon etiam fructus duorum locorum montis pacis annuos, videlicet scuta decem, & bon. 50. ac unam Domum vicinam Ecclesiæ Sancti Nicolai de Molinis etiam nuncupatur cum tribus apothecis, quæ possideri solebant pro indiviso à Rectore dictæ Ecclesiæ Sancti Nicolai, & Cappellano Sanctæ Catharinæ nuncupatur in eadem Ecclesia existent Responsum pro rata Rectoris ipsius Ecclesiæ Sancti Nicolai circiter scuta quadraginta. Præterea unam stantiam, seu habitationem vicinam Domui dilecti filii Dominici de Cavalariis apud Cæsarinos, quæ ad usum repositionis currus, & fenilis esse solet, ac locabatur scutis viginti quatuor, quæ loca Montium, & Domus olim pertinebant ad eandem Ecclesiam Sancti Nicolai de Molinis, necnon omnes redditus Parochialium Ecclesiarum Sanctorum Valentini, seu Sebastiani apud Plateam Mathejorum, & Sanctæ Mariæ de Cacaberis similiter nuncupatur in dicta Regione Arenulæ suppressarum cum primum ipsæ Ecclesiæ per obitum illarum Rectorum vacaverint. Denique redditus Parochialis Ecclesiæ Sanctæ Barbaræ, etiam suppressæ, cum primum, ut præfertur, vacaverit, deductis tamen ex dictis redditibus Sanctæ Barbaræ centum scutis applicandis pro servitio Cappellæ Musicorum dictæ Ecclesiæ Sancti Laurentii applicavit, & appropriavit, ita quod liceret eisdem Sacerdotibus propria auctoritate capere possessionem omnium prædictorum reddituum, tam tunc decursum, quam in futurum decurrendum, ac sub applicatione hujusmodi comprehensurum, ac etiam disposuit prædictos redditus administrandos, & expendendos esse modo, & forma ab ipso Alexandro Cardinali præscribenda in utilitatem tamen dictorum Sacerdotum, & non alias, qui ut commodius Deo in Ecclesia Sancti Laurentii hujusmodi in administratione Sacramentorum, & aliis exercitiis spiritualibus inservire possent etiam duas Domus simul junctas propè dictam Ecclesiam Sancti Laurentii, unam eidem Con-

gregationi per dilectam in Christo filiam Ceciliam Tramezzinum Romanam perpetuo donatam, & alteram ab hæredibus quondam Joannis Baptistæ de Buvabellis à dicto Alexandro Cardinali vigore aliarum nostrarum similiter in forma Brevis sub die 7. Martii 1611. expeditarum litterarum, ut accepimus, emptam pro ipsorum Sacerdotum habitatione, & usu destinavit, & alias prout in patentibus literis ejusdem Alexandri Cardinalis desuper expeditis latius dicitur contineri.

§. 2. Cum autem, sicut eadem expositione subiungebat dictus Alexander Cardinalis erectionem, applicationes, & appropriationes, ac desuper confectas patentes literas prædictas, necnon omnia in prædictis literis contenta, ut firmiter observentur, ac perpetua validitate subsistant Apostolicæ confirmationis robore communiri cupiat, & Nobis propterea humiliter supplicaverit.

§. 3. Nos hujusmodi supplicationibus benigne annuere volentes, ac singularum litterarum, & facultatum prædictarum, tenores præsentibus pro expressis habentes, Erektionem, applicationes, appropriationes, ac patentes literas hujusmodi cum omnibus in illis contentis, & inde sequentis quibuscumque Apostolica auctoritate tenore præsentium perpetuo confirmamus, & approbamus, illisque perpetuæ, ac inviolabilis Apostolicæ confirmationis robur adiciamus, ac omnes, & singulos, tam Juris, quam facti, necnon solemnitatù etiam substantialium defectus, etiam de necessitate specialiter, & expresse exprimentos, si qui intervererint in eisdem supplemus, & quatenus opus sit denuo præmissa omnia, & singula facimus.

§. 4. Ac insuper perpetuo statuimus, & ordinamus, quod electio Sacerdotum hujusmodi semper spectet, & pertineat ad Alexandrum Cardinalem, & pro tempore existentem Sancti Laurentii in Damaso Diaconum, seu Presbyterum Cardinalem dumtaxat: ipsi verò Sacerdotes priusquam eligantur à dilecto filio Nostro in Alma Urbe Vicario in Spiritualibus generali ad confessiones audiendas prævio examine approbari, & pro confessionibus hujusmodi audiendis dilecti etiam filii Vicarii perpetui dictæ Ecclesiæ Sancti Laurentii pro tempore existentis consensum habere debeant.

§. 5. Insuper eidem pro tempore existenti Cardinali Vice-Cancellario super præmissis, & singulis, necnon circa servitium divinum, ac pias exercitationes in dicta Ecclesia Sancti Laurentii per hujusmodi Sacerdotes faciendas, & qualitatem personarum in dictam Congregationem adscribendarum, ac reddituum, & proventuum ad hujusmodi Congregationem quomodocumque spectantium administrationem, ac alias dictos Sacerdotes concernentia quæcumque Statuta, & Ordinationes licita, & honesta, Sacris tamen Canonibus, & Concilio Tridentino

Eaque omnia  
Pontificia au-  
thoritate per-  
tinet roborari.

Confirmat  
Paulus.

Nonnulla sta-  
tuit circa elec-  
tionem, &  
regimen hu-  
jusmodi Pres-  
byterorum.

Facultates  
nonnullas Vi-  
ce-Cancellario  
concedit.

non



Clasulas pro presentium firmitate apponit.

Non contraria, ac a Sede Apostolica approbata, condendi, & promulgandi, ac prout qualitas temporum exegerit, & expediens visum fuerit, pravia approbatione hujusmodi, reformandi, & innovandi, eaque de novo faciendi plenam, & liberam facultatem, & auctoritatem, & tenore praedictis concedimus.

§.6. Praesentisque literas, & in eis contenta quaecumque nullo unquam tempore, etiam ex eo, quod praemissa non justificatis, & verificatis eorum, seu cuiuslibet eorum causis emanaverint, nec Capitulum, & Canonici dicte Ecclesiae Sancti Laurentii, & alii in praemissis interesse quomodolibet habentes ad hoc vocati fuerint, neque illis consenserint, & ex quavis causa, & occasione, ac quocumque capite undecumque resultante, vel praetextu, & quaevis colore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, vel alio quopiam defectu notari, impugnari, invalidari, in Jus, vel controversiam vocari, ad terminos Juris reduci, aut adversus illa quodcumque Juris, gratiae, vel facti remedium impetrari, seu etiam motu proprio concedi nullatenus unquam posse, neque sub quibusvis similibus, vel dissimilibus gratiarum, etiam effectu non fortitarum, revocationibus, suspensionibus, Institutionibus, derogationibus, & aliis contrariis dispositionibus etiam a Nobis, vel Successoribus Nostris Romanis Pontificibus, etiam in crastinum assumptionis cuiuslibet eorum ad summum Apostolatus apicem, & alias quodcumque, ac sub quibuscumque tenoribus, & formis, necnon quibusvis clausulis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis, necnon irritantibus, & aliis Decretis pro tempore emanatis comprehendendi, sed semper, & omni tempore ab illis omnibus, & singulis excepta esse, & conferri, & quoties aliquas contrarias dispositiones emanari contigerit, toties in pristinum, & validissimum statum suum adversus hujusmodi contrarias dispositiones restitutas, & plenarie reintegratas, ac de novo concessas esse, & censeri: sicque per quoscumque Judices Ordinarios, & delegatos etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, sublataeis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & definituri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus.

Cardinales Titularem eorumdem exequutores deputat.

§.7. Quo circa eidem Alexandro Cardinali, ac pro tempore existenti Sancti Laurentii in Damaso Presbytero, vel Diacono Cardinali per praesentes committimus, & mandamus, quatenus per se, vel alios, praesentes literas, & in eis contenta quaecumque, ubi, & quando opus fuerit, solemniter publicans easdem debita exequutioni mandari, ac perpetuo custodiri auctoritate Nostra curet, & faciat. Contradictores quos-

libet, eisque auxilium, & consilium, vel favore publice, vel occulte, directe, vel indirecte quomodolibet praestantes per censuras Ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione postposita, compescendo.

§.8. Non obstantibus regulis Nostris de unionibus committendis ad partes vocatis quorum interesset, ac de exprimendo valore, etiam alterius Beneficii, cui aliud uniri peteretur, ac Lateranen. Concilii novissime celebrati uniones perpetuas, nisi in casibus a jure permisis fieri prohibens; aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac ejusdem Ecclesiae S. Laurentii, & aliarum quarumcumque Ecclesiarum, ac etiam Almae Urbis Nostrae, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & consuetudinibus, ac privilegiis, Indultis, & literis Apostolicis quibusvis personis, Ecclesiis, & locis piis, ac etiam dilectis filiis Populo Romano in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, & confirmatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, & ad verbum expressa mentio habenda esset, eorum tenores praesentibus pro expressis habentes, illis aliis in suo robore, permanens hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, caterisque contrariis quibuscumque. Aut si aliquibus communiter, vel divisim ab Apostolica sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas, non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de Indulto hujusmodi mentionem.

Datum Romae apud S. Mariam Majoris, sub Anno Piscatoris die 23. Julii 1613. Pont. Nostris Anno IX.

Obstantioli.

Dato die 23. Julii 1613. An. IX.

C C X X.

Confirmatio Concordiae inter Universitates Locorum Rosseni, & Montis Turturis Bononien., & Mutinen. respective Diocesum super differentiis, & controversiis circa fines exortis.

PAULUS PAPA QUINTUS

Ad perpetuam rei memoriam.

EX injuncto nobis desuper apostolica servitutis officio, Christifidelium quorumlibet, & praesertim subditorum nostrorum, ac circumvicinorum Populorum, quieti intendentes, illa, quae pro litium inter ipsos semovendis anfractibus concorditer facta fuisse dicuntur, ne in recidiva contentiois vitium, successu temporis prolabantur, sed firma perpetuo, & illibata remaneant, libenter Apostolica confirmationis robore communitimus.

§.1. Cum itaque, sicut ex intimatione dilecti filii nostri Massai Tituli S. Honuphrii Pra-

Exordium.

Paci facies.

Presbyteri Cardinalis Barberini nuncupati, in Civitate nostra Bononien., ac toto ejus Comitatu, Jurisdictione, & Districtu nostri, & Apostolica Sedis de Latere Legati, accepimus, orta dudum lite, & controversia inter dilectos filios Universitatem, & Homines Rosseni ex una, ac Universitatem, & Homines Montis Turturis Terrarum, seu locorum Bononien., & Mutinen. respective Territoriorum ex altera partibus super dictarum Terrarum, seu locorum Confinibus, dilecti filii Sylvius Albergatus Senator Bononien. ab eodem Maphaeo Cardinale Legato, & Regimento dicte Civitatis Bononien., nec non Andreas Codebò a dilecto filio nobili viro Casare Esten., Duce Mutinen., & Rhegii ad praemissa specialiter deputati, de eorum ordine, & mandato ad infra scriptam sub nostro, & Sedis Apostolicae, ac dicti Caesaris Ducis beneplacito, devenerint concordiam, tenoris sequentis videlicet:

AL NOME D'IDDIO

Adi 16. Settembre 1613.

Concedit tenor.

PER dar fine alle differenze, che sino ad di d'oggi sono state fra la Città di Bologna, & quella di Modena intorno a Confini tra il Comune di Rosseno, Territorio di Bologna, da una parte, ed il Comune di Montetortore, Territorio di Modena dall'altra, il Signor Silvio Albergati nobile, & Senatore di Bologna, ed a ciò specialmente deputato dall'Illustrissimo, & Reverendissimo Sig. Cardinal Barberini per la Santità di Nostro Signore Papa Paolo V. Legato de' Latere della Città di Bologna, ancora con il consenso, & partecipazione dell'Illustrissimi Signori Senatori del Regimento di detta Città per Lettere Patenti sottoscrritte da detto Illustrissimo Sig. Cardinale, & dal Sig. Alberto Bolognetti Confaloniere di Giustizia sotto la Data delli 3. del presente da una parte, & il Sig. Andrea Codebò nobile Modanese, & Segretario del Serenissimo Signor Duca di Modena, & parimente alle infra scritte cose deputato dal detto Signor Duca, per Lettere Patenti sottoscrritte da S. A. dall'altra, il tenore delle quali deputazioni sarà registrato nel fine della presente scrittura: Avendo visitato una, & piu volte il luogo, & li luoghi delle differenze, ancora con l'intervento de Periti dell'una, & l'altra parte, ed intese le ragioni de' Sudditi di tutti duoi li Stati, ed avendo maturamente esaminato, & considerato ciò, che si deduceva, ed allegava, per ambe le parti, ed avendo avuti molti discorsi li sudetti Signori, con l'intervento ancora del Massaro, ed uomini di Rosseno, & Montetortore, finalmente per salute, & quiete di ambeduoi li Stati, & loro Sudditi, salvo però, rispetto all'interesse della Città di Bologna, & del Comune di Rosseno il beneplacito, ed assenso della Santità di Nostro Signore da ottenersi dentro lo spazio di due mesi prossimi che detto Sig. Cardinale, & li detti Signori Bull. Rom. Tom. V. Par. IV.

del Regimento procureranno di avere, in modo tale, che non s'ottenendo dentro li detti duoi mesi, il presente accordo si abbia per non fatto, ma sia privo di ogni valore, come se non fosse seguito, & parimenti, rispetto all'interesse della Città di Modena, & Podesteria di Montetortore, salvo l'assenso, & beneplacito del detto Serenissimo Signor Duca da ottenersi dentro all'istesso termine di duoi mesi, di che ne averà cura il detto Sig. Codebò, quale consenso non ottenuto dentro il detto termine, sia parimente nullo il presente accordo, & si abbia per non fatto, li sudetti Signori Silvio, ed Andrea senza obligare loro stessi, in virtù dell'autorità data a ciascuno di loro, per dette Lettere Patenti, hanno convenuto, stabilito, & concordato nel modo infra scritto.

Che partendosi dal luogo detto la Croce di Mazzone, qual'è situato sul Monte, ovvero Collina detta della Piastra fra li Confini del detto Comune di Rosseno, & della Villa di Ajano, Territorio della Città di Bologna, & fra li confini del detto Comune di Montetortore, Territorio di Modena, dove è segnata una Croce nella Pianta, ovvero Disegno concordemente fatto da M. Vincenzo Salli, Perito di Bologna, & dal Sign. Capitano Afcanio Ambrosii Perito di Modena, quale si registrerà nell'Istrumento della Transazione, che à maggior prova doverà esser celebrato fra le dette Parti à voglia loro, la qual Croce è distante dalla Casa di Baldone di Pellegrino, situata per di sopra in Bolognese pertiche 23., & piedi 9. misurando per la strada che tende per gradi 18. d'Ostri, il quale luogo è il primo termine, che hanno detti Signori con l'intervento di detti Periti, stabilito, che sia nel piede di un Castagno di circo ito di oncie 18. in circa, dove parimenti hanno fatto piantare un Palo ivi fra li Terreni di Luca di Pirone, Luca di Canobio, & Giacomo Fontana, distante da una Querciola segnata con una Croce piedi, ed un terzo, posta à mano destra nel Terreno di detto Luca di Pirone verso mezzogiorno, dalla detta Croce si ascende per la Sena, ovvero sommità della Collina, o Monte della Piastra, per linea tortuosa come cammina la detta sommità, o schiena verso la regione, che è tra Oriente, & Tramontana, per la misura di pertiche 214., & mezza, misurate per aria, secondo la tortuosità della detta Collina, alla misura del Comune di Bologna fino al luogo, che è nel detto Disegno, o Pianta sopradetta, segnata A., ed è nella fine della sommità della detta Collina, dove s'è piantato un Palo, ed è nel Terreno di Pietro, & Domenico Rozzolino del Zoletto.

E poiche dal detto luogo segnato A. piegando nove gradi verso Greco, & camminando per retta linea, si continui per ispazio di pertiche 227. di lunghezza, sino al luogo, che nel detto Disegno, & Pianta viene dimostrato con la lettera B. ed in contro al quale dalla banda Orientale di detta linea, & così su'l Bolognese stà situata una casa